Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

tinat. fortissimos milites optimi domini. Nunc manu dei comple
xi persequentium insultantes furoribus quondam crudelibus. Et plebi
christi solamen suppeditant in cunctis laboribus lubrici seculi. Vos christi
martyres. Nos valde fragiles. Precibus nos iusto iudici sinceris in
gratia commendare curate. De virginibus.

Exultent filie syon in rege suo nectentes thorum dilecti cum me(?) sor
candidatum. Quarum christe sponsus virginum virginis es filius. Cuius
gratia mira opera in sanctis tuis sunt edita. Ut das cernere hac in
virgine cuius hec festa sunt hodie. Que fragili sexu femineo viriliter
carnis vire domito. Angelicam hic vitam duxerat in carne duorum(?)
preter carnem vixerat. Hoc invidens serpens antiquus calcaneum eius ob
servabat callidus. Qui nocte dum machinatur sub pedibus femine
caput eius teritur. Insidias hostis hanc christe docuisti virginem vin
cere in prima congressione. Dum non consentiret sed illi resisteret vin
cere qui solet temptatus si non repugnet. Quem hec virgo resistens a
se fecit fugere. Quo fugato appropinquavit tibi domine. Nunc inter vir
gines abducta post eam que mater est intacta virginum virginis
marie digna est pedisequa. Te agnum sine macula iam sequitur
stola candida filium virginis quotque virginum flos iterum(?). Cuius inter
cessione tu nos tuere. De sancta cruce.

O crux lignum triumphale mundi vera salus aue inter ligna nullum
tale fronde flore germine. Medicina christiana salva sanos egros sa
na quod non valet vis humana fit in tuo nomine. Assistentes cru
cis laudi consecrator crucis audi atque servos tue crucis post hanc
vitam vere lucis transfer ad palatia. Quos tormentis sevis servire
fac tormenta non sentire sed cum dies erit ire nobis confer et largire sem
piterna gaudia. Amen. De sancta Maria virgine

oviculas lupi prevenit insidias. Fidelis et prudens credita distribuens. Hic
dedit ad mensam domini pecuniam ut dignam faceret usuram. Beatus hic servus
quem cum venerit dominus ita invenerit. Probatum intra super omnia statuet illum tempora.
Ad tantam patris gloriam celebrandam clerus concinat laudem dignam et populus letis
respondeat vocibus. Dicamus omnes cernui tanto patri iungat suo se grex pasto
ri et precibus fusisque lacrimis clamemus. Pastor bone miserere ecclesie tuisque precibus re
fove. Confer opem plebi tue potens attende et pro unanimine [illegible]
[illegible] nos [illegible] collocatam in patria reddere speramus bone